EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

D. THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, OPERA.

TOMUS QUINTUS.

D. THOMÆ
SUMMA

V.

BX1749
T6
v.5
1765-66

008044

D. THOMÆ AQUINATIS, DOCTORIS ANGELICI, ORDINIS PRÆDICATORUM, OPERA,

JUXTA EDITIONEM VENETAM MDCCLV.

AD PLURIMA EXEMPLA COMPARATAM.

Editio prima Matritenſis à quam pluribus mendis repurgata.

ACCEDUNT

F. JOANN. FRANC. BERNARD. MARIÆ DE RUBEIS

IN SINGULA OPERA ADMONITIONES PRÆVIÆ.

TOMUS QUINTUS

complectens Summæ Theologicæ TERTIAM PARTEM.

SUPERIORUM PERMISSU.

MATRITI: MDCCLXV.

Ex Typographia Viduæ ELISÆI SANCHEZ.

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
FONDO EMETERIO VALVERDE Y TELLEZ
44725

BX1749
T6
V.5
1765-66

CAPILLA ALFONSINA

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

44725

FR. JOANN. FRANC. BERNARDI MARIÆ

DE RUBEIS,

ORDINIS PRÆDICATORUM,

ADMONITIO PRÆVIA.

De quatuor Sancti Thomæ Aquinatis locis, ac doctrinæ capitibus, inepta & injuſta cenſura notatis à Joanne Fabricio.

CAPUT PRIMUM.

Sanctum Thomam notat Joannes Fabricius de mendoſo indice Gregorii Magni ſuper Cantica: quænam ejuſdem fuerit in hujuſmodi indicibus diligentia. Ante Aquinatem idem index mendoſus legitur in Magiſtro Sententiarum, Petro Lombardo: unde Fabricii cenſura, inſipiens & injuſta. Vitioſæ prædictæ citationis origo: an ergo potius Gloſſam, quam Gregorium, vere citaverit Sanctus Thomas. Hujuſmodi cenſuræ in Thomam ineptiſſimæ. Bona, & optima fides ejus.

1 JOannes Fabricius in ſecunda *Hiſtorię Bibliothecę Fabricianę* parte num. XIII. recenſet *Thomæ Aquinatis Summam Theologiæ*, Coloniæ anno 1622. typpis editam. Hac data occaſione, aliorum dicta plura colligit, quæ ſane aut minus accurata ſunt, aut inepta, aut falſa, ut ſanctiſsimi Doctoris, ejuſque poſtremi Operis claritas, & auctoritas quoquo modo infuſcetur, ac minuatur. Singula, quæ fide Proteſtantium, aut Criticæ intemperantioris hominum adhibita opponuntur, referre hoc loco non lubet, cum ea in *Præviis Admonitionibus*, aut *Diſſertationibus* noſtris hactenus in lucem emiſsis, aut validiſsime refutata ſint, aut diligentius enarrata. Pauca occurrunt ab ipſo Fabricio adnotata, quæ cum momenti quidpiam videantur habere, ad examen vocare præſtat.

Pagina 88. in Editione ſcilicet Wolfenbutteli anno 1718. curata, ſic ait Cenſor: *Nunc depromenda ſunt: quæ Viri eruditi inhac Summa* (Theologiæ) *obſervarunt, notaruntque.* Quænam vero, & quot illa ſunt, quæ à novo Cenſore iterum proferri, ac redargui debuerint? Nimirum quatuor tantum numerantur, vel quæ inſuper habenda fuerant utpote leviſsima, vel quæ iniqua cenſura perſtringuntur. Primum eſt: „ P. I. (parte prima) Quæſt. VIII. Art. III. *Sed contra eſt quod Gregorius dicit „ ſuper Cant. Canticorum; quod Deus communi modo eſt in omnibus rebus præſentia: „ potentia, & ſubſtantia.* Hic locus non reperitur in Gregorio Magno: *Ancillon „ Mellange Critiqne P. II.* 333. Ad quid ſi in Gregorio Nyſſeno, qui illum in li-

008044